

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 207. Confutatur opinio Arsdekini Theol. tripart. tom. 2.p.2. tract. 3.  
cap. 5. ad quæstionem: quanta pœnitentia videatur proportionata pro uno  
mortali ordinario, respondentis: justam satis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

2562. Quis arguit: penitentiarum impositio regulari debet spiritu Dei, qui est spiritus dulcedinis ac dilectionis.

Respondet, sanctos Patres spiritu illo vera dulcedinis ac dilectionis praeceteris repletos fuisse;

penitentias tamen peccatis proportionatas imponuisse. Quia hoc ipsum vera dulcedo ac dilectio est; & praxis contraria, vera est crudelitas, & falsa misericordia. Non enim erigitur sic lapsus, sed magis impellitur ad ruinam, ait Cyprianus episcopus...

neque hoc est curare, sed si dicere verum volumus, occidere, ait Clericus Romanus episcopus. 31. inter epistolias Cypriani. Meminerint adversarii varam Confessarii dulcedinem, misericordiam & dilectionem, esse dulcedinem, misericordiam, dilectionemque Patrie & Medici. Pater autem qui parcit virga, edit filium suum. Qui autem diligit illum, inflanxerit erudit, Prov. 13. v. 21. Et quis est filius, quem non corripit pater? Hebr. 12. v. 7. Quis magis Pater, quam Deus? quem autem diligit Deus, corripit, Prov. 3. v. 12. Et nonne crudelis est Medicus, dum vulnera, que manu parcente conrectat, non curat, sed exaggerat, & vulneratum occidit, quem curare deberet? vera econtra dulcedo, ac dilectio est, paucis incomparabiliter minoribus ab incomparabiliter majoribus inferni & purgatorii suppliciis, sicut & a relapso penitentem liberare, medicinamque curando vulneri convenientem prescribere. Denique Confessarius dispensator est Mysteriorum Dei. Debet proinde imitator esse Dei, qui sic dulcis est, ac benignus, ut simul sit justus, peccata castigando. Sic ergo Confessarius simulacrum esse debet divinae benignitatis, ut simul amator sit divinae justitiae, peccata castigando, ut peccato sentiendo, quid sit Deum offendere, a peccato revocetur, vicious habitus contrariis virtutum aribus emendet, & imminentem a Domino ponnam a se amoveat. Vide Chrysostomum hom. 14. in 2. ad Cor. atque ex his omnibus disce duo haec, benignitatem & virginem, sive misericordiam & justitiam, omnibus animarum Directoribus esse necessariam. Quia benignitas sine justitia, relaxatio est; justitia sine misericordia, est severitas, ait S. Thomas lector. 2. in cap. 6. prima ad Corinth. Faciat ergo Sacerdos quoddam temperamentum ex misericordia & severitate ( ait opus. 68. de offic. Sacer.) ut penitentia non sit nimis dolosa, nec nimis rigida, &c. Usi autem Sacerdos ad ista doctus sit, meditabitur Scripturam, & dicta Sanctorum, in quibus ista invenerit.

### CAPUT CCVII.

*Confutatur opinio Arsdekinii Theol. tripart. tom. 2. p. 2. tract. 2. cap. 5. ad questionem: quanta penitentia videatur proportionata pro uno mortaliter ordinario, respondens: iustam satis penitentiam esse v. g. Coronam quinque Decadum.*

2563 **H**anc opinionem vocat ipse communem. Nec putat necessarium, imponere gravorem illi, qui non videtur alter compescendus v. g. a frequenti pollutione, aut alio simili. Hoc enim solum dicit esse confutum. Solum proinde esse de consilio, non de praecepto. Et quasi hoc dicendo, multum dixerit, istud addit temperamentum: non debet tamen haec quantitas penitentia crescere aequaliter, crescente numero peccatorum, quasi neesse fore injungere pro decem mortalibus, v. g. decem pollutionibus, vel fornicationibus, decem Coronas, &c.

2564 Verum opinio ista videtur nimis laxa, atque facies Litteris, Concilii, Patribus, Ecclesiæ menti, rationique & aequitati contraria: idque facile

perpicet, quisquis apud se perpendit, quænam hodie mortalia sint ordinaria, adulterium utique, Ardekinus exemplificat) blasphemia, sacrilegium contra votum castitatis, perjurium, superbia, avaritia, ebrietas, rixæ, & similia, que cum miserabilis hoc saeculo frequentissima sint, pro dolor! ordinaria sunt.

Ergone satis justam & proportionatam pro uno adulterio, vel faltem pro una fornicatione, vel molitie, vel blasphemia, penitentiam Confessarius imponit, dum quinque decadum penitentiam imponit? Itam per consequens praxis communis: si ita est, vel hinc patet evidenter, communem hodie plurimorum in Ecclesia proximam & doctrinam, non esse doctrinam Ecclesie, nec proximam. Cum praxis & doctrina ita non minus aliena sit ab Ecclesia mente & doctrina, quam a facies Litteris, Patribus, & Concilii. Pro gravibus namque peccatis levissimas penas imponere.... a facies Litteris, & a Conciliorum Decretis, & a Iurisdictorum Patrum sententia alienum est, ait sanctus Carolus Borromeus in Instructione penitentiae Ecclesie quoque doctrinam & mentem discere nos oportet ex Rituale Romano, & Tridentino. Quid dicit Rituale? quid Tridentinum? videat Confessarius, ne pro peccatis gravibus penitentias levissimas imponat, ne, si forte peccatis conniveat, alienorum peccatorum participes efficiatur. Pro uno vero adulterio, vel fornicatione, vel molitie, vel blasphemia, nonnulli quinque decadum recitationem injungere, si non est penitentia respectivæ levissima; quemnam talis erit? An sola recitatione unius, vel triam, vel quinque Pater & Ave? At ita est levissima penitentia pro venialibus, præsternit illo in genere gravioribus. Quoniam magis recitatione quinque decadum pro diabolis mortalibus?

Sed & Ecclesia per Tridentinum declarata est, ut penitentia, per se loquendo, imponatur pro criminibus gravibus, id est ratio & aquitas haud dubie potular, postulant & faciat Littera, Concilia, & sancti Patres, ut vidimus cap. præcedenti §. 1. & 2. Talem vero esse quinque decadum pro uno adulterio, vel fornicatione, vel molitie, vel blasphemia recitationem, ridiculus sit qui affirmet. Similiter Scriptura sacra, cum de penitentia loquuntur, ubique carent & canticis commemorant, & nunc planetum amarum, nunc luctum unigeniti abdibendum esse dovent, inquit Bellarmus n. 2511. relatus. Denique peccatorum vindictam exigunt, & fructus dignos penitentem. Insignis vero vindicta, & validè dignus penitentia fructus, pro commissio adulterio, fornicatione, molitie, blasphemia, quinque decades recitare! Et numquid auferunt istud est cito, molesumque jejunium? numquid laudes unigeniti, amarique planetus insigne argumentum?

Denique opinionem Ardekini patenter alienam est ab Ecclesia mente, doctrinamque Sandroni, duplice alio demonstratur argumento. Primum ex eo quod ad facientes dignos penitentia fructus, seu penitentiam iustum, proportionatarum, convenientem, Ecclesia & Sancti doceant facienda esse contraria peccatis commissis, v. g. carnis macerationem pro peccatis carnis, eleemosynam pro commissis avaritiae, &c. prout ostendam cap. seq. Pro commissis fornicationis numquid egregia carnis maceration, quinque decadum recitatio?

Secundum ex eo quod folio illa penitentia judeo-synagogaliter & proportionata, spectatá presentis temporis conditione, quæ idoneæ sunt ad consequendam fines quos in penitentiarum impositione Ecclesia, cum SS. Patribus, immo cum Spiritu sancto intendit. Atqui juxta Tridentinum, Rituale Romanum, intendit primum ut penitentia noua sit tantum

tantum ad novae vitiæ remedium, & infirmitatis medicamentum, sed & ad commissorum peccatorum castigationem. Sit vero peccator, cui pro commissa fornicatione, mollietivè vix Sacerdos quinque decadum recitationem imponit. Ehem! qualis castigatio!

2569 Secundò, ut à peccato revacent, & quasi franco quadam cōrcentia satisfactoria pane. Ita Tridentinum iell. 14. cap. 8. cōd. quod utique poenarum meus à peccato revocet, secundum Scripturam & Patres. Numquid huic fisi locum relinquit, pro commiso adulterio, vel fornicatione, &c. impensa pœnitentia Ardekinis? Quinque utique decadum recitationis metus, idoneus non est ad peccatorem revocandum ab ejusmodi peccatis, que tot blanditiis, illecebribus alligatum femel animum tam vehementer ad se allicitant. Ad id necesse est ut peccatori talis imponatur pœnitentia, ex qua peccati sui fensis gravitas. Numquid adulterii vel fornicationis gravitatem sentire facit quinque decadum recitatio? an non potius de levitate ipsius judicare facti tam levis pœnitentia? nihil prouide aliud facit tam levis pœnitentia impositio, nisi (ut Tridentinum ait) occasio nem prebere, ut in graviora peccata labatur, atque Spiritui fando magis injuriū & contumelie efficiantur. Tanta quippe facilis mortalita criminis solvendi, experientia teste, facti ut ferè pari facilitate peccatores ad ea, quam ad ludum jocundum, qui profluit, ita ut vere Augustinus dixerit: si facile & cito redires homo ab pristinam beatitudinem, ludus illi efficeretur cadere in mortem.

2570 Tertius finis iusta & salutaria pœnitentia est, ut virtuosos habitus, male vivendo comparatos, contrarii virtutum actionibus tollas. Ita Tridentinum ibidem. Quis vero affirmare ausit, ut quinque decadum recitationis virtuosis tolli habitus fornicandi, se polluendi, blasphemandi, &c. Ad hoc Tridentinum injungi vult contraria virtutum actus, cum dicit habitus illos contraria virtutum actionis soli. Contraria enim contraria curantur.

2571 Quartus finis est, ad amovendam imminentem à Deo paucam. Ita rufus Tridentinum. Ad hoc Sancti uno ore proclamat, necesse esse, quod homine se pro commissis peccatis puniat, ut non puniatur à Deo. Eritne qui dicere audebit, ad amovendam peccatum à Deo pro commissa fornicatione, &c. imminentem, sufficere Coronæ quinque decadum recitationem? Si ita est, cur ergo ad amovendum peccatum à Deo imminentem, tam severam tristitie posse pœnitentiam faciem Scriptura describit in Achab 3. Reg. 21. In Manasse 2. Paralipom. 23. In Nabucodonosor Daniel. 4. In Reg. & populo Ninive Jonæ 3. Si ita est, ergo post consummum adulterium retineri poterunt solita corporales delicia, scilicet pompe, voluptates non flagitiosæ, universa oilectione de se indifferenter, & nihilominus imminentem à Deo peccata removeri, solum quinque decades recitando; easque recitando, peccator usurpare potest ifas Terrulliani voces: Deliqui in Deum, & periclitor in aeternum perire. Itaque nunc pendo & macror, ut Deum reconciliem mihi, quem delinquendo lessi. An non hoc ridiculum? ridiculum certe Ter-

2572 Quintus finis est, ut dum satisfaciendo patimur pro peccatis nostris, Christo Jeſu, qui pro peccatis nostris satisfecit.... conformes efficiamus. Verba sunt Tridentini loco citato. An non exploderetur Ardekinus, si populo prædicaret, adulterum, fornicatorem, mollem, &c. per Coronam quinque decadum pro ifis peccatis recitationem Christo Jeſu, qui pro peccatis nostris tam amarè Passione satisfecit, conformem effici? nec aliam satisfacionem tenet compunctionem, & cum Christo patiente conformitatem necessariam effici?

Ex hisce ergo omnibus, simul juncis, luce 2572 clarior apparat, illam Ardekinis satisfactionem, seu potius satisfactionis larvam, idoneam non esse ad producendos in pœnitentie memorables esse & illos, quos Spiritus sanctus & Ecclesia intendit; nec per consequens esse justam & proportionatam satisfactionem à Tridentino, Ritualisque Romano præscriptam; nec omen habere, sed nomen dumaxat satisfactionis. Imò nec eo nomine dignam esse.

Et idē, licet verissimum sit quod Pastorale 2573 Mechlinense (sub Hovio) anno 1588. dixit, utique quod informata borniana jam non patitur, ut condigne peccatoribus pœnitentia juxta veteris Ecclesie disciplinam impellantur; addit tamen Pastorale, & bene addit, quod ad eam, quantum fieri posset, redeundum est.

Porro juxta veteris Ecclesie disciplinam, sive 2574 juxta extractum factorum Canonum à S. Carolo Borromeo secundum decem præcepta Decalogi dispositum §. de septem peccatis, capit. pro capitulis mortaliusque criminis pœnitentia septem annorum indicatur, nisi peccati gravitas & persone status severiorum diuini orationumque pœnitentiam requirat. Saltem pro perjurio & adulterio dantur pro pœnitentia regulariter septem anni, & similiter pro fornicatione, sic et non ita apera, ut in codice extra-  
eo dicatur.

Cum dicas fornicatus fornicatus pœnitentiam ages tuo vite tempore (ut habetur ibidem ad text. Decal. præcept.) qui vero incepit fecerit, non ita enorim, si alii annorum duodecim, alii quindecim, alii decem, alii septem pœnitentiam constituant. Quod si Presbyter fornicationem fecerit, pœnitentiam decem annorum faciat. Tricū primis mensibus quotidie, exceptis Dominicis & Festis, jejunio in pane & aqua, sacer indutus, & humi prostratus, misericordiam Dei jugiter implorans. Postea reficiens aliquantisper viribus unum annum & dimidium, exceptis Dominicis & Festis, expleas in pane & aqua. Hoc expletio, participi sit corporis Domini. Deinde usque ad completionem septimi anni, singulis septimanis, excepto tempore Paschali, tres legitimas ferias in pane & aqua jejunies. Tribut vero sequentibus annis, id est octavo, nono & decimo, sine ulla redemptione, omni feria sexta in pane & aqua jejunie. Sic habetur in extracto Canonum è corpore Juris excepturnum §. 2.

In extracto vero S. Caroli habetur, quod quiunque Sacerdos spirituali filiam violaverit, dignata honorem, &c. perpetuam pœnitentiam agere. Diaconi vero, & Subdiaconi, proper fornicationem, è suo gradu ad Laicos in perpetuum ejicibantur, nec ad honorem pristinum poterant reparari. S. Basilius Epist. 2. Canon. ad Amphiliocan. 3. Gregorius Magnus l. 3. epist. 26. & 1. 4. epist. 16. & 17.

Si dicas, fornicationem Sacerdotis, vel Diaconi, aut Subdiaconi, non esse peccatum ordinarium. Respondeo, utinam atque utinam non est! Verum adeo frequens est in Graeca, Italia, Hispania, Germania, &c. ut jure dicatur ordinarium, immo peccadillum reputetur, tametsi valde horrendum in iis qui soli radio puriores esse debent.

Laicus in fornicationem lapsus cum laica feminâ, si uterque absolutor sit à lege conjugii, secundum Pœnitentiale Romanum tres annos pœnitentat. Et quando se ipsius, tanto majori pœnitentia officietur. Secundum Pœnitentiale Basili Epist. Can. 3. ad Amphiliocan. 59. septem annis non communicabit, duobus deflenti, & duobus audiens, & duobus subfrustratus, & in uno competens. Octavo autem ad communionem admittetur.

Seipsum polluens, secundum Canones Angli-

canos, sub Edgardo Rege, can. 38. *jejunet tres annos, & in eorum quolibet 40. dies in pane & aqua.* Secundum Pœnitentiale Gallicanum apud Mabilionum tom. I. *Mutui Italici can. 14. annum unum.* Secundum Cumeanum l. de mensura pœnitentiarum à Patribus definita cap. I. primâ vice centum dies pœnitentia. Et iterans annum unum. Si cum gradu est, addatur pœnitentia.

2579 Quam ordinarium mortale sit blasphemia, & juramentum fallum vel juramento per caput Dei, per ventrem, &c. nemo non videt. *Quis enim non videt?* (ait Catechismus Romanus ad 2. Decal. præcept.) *omnis iurejurando affirmari? omnia imprecationibus & execrationibus referari est?* usque adeo ut nemo ferè vendat aliquid, vel emat, vel negotium aliquod gerat, qui non jurandi religionem interponat. *Deique sanctissimum Nomen millies, vel in re levissima & inani temere non usurpet?* Atqui immensis est blasphemia (ait Concilium Moguntinum anni 1649.) *cum sanctum Nomen Dei, & salutaris Christi Panno, & devotus pro salute hominum Sanguis ejus, & reverenda Christi Sacramenta... ad execrationes & maledictiones assumentur.* Et ut Concilium Trecenne anni 1427. *Iunt nonnulli, qui Redemptorem suum surpiter inbonantes, detestabiles in ejus blasphemiam faciunt juramenta, sicut per carnem suam, per languinem, per mortem... per caput.... jurerant.*

Et tametsi blasphemia ista non videatur nisi secundi ordinis; de ca nihilominus in extracto S. Caroli sic habetur: *Si juraisti per capillum Dei, aut caput ejus, vel alio modo blasphemiam contra Deum usus fueris, si femei nejciens fecisti, septem dies in pane & aqua pœnitentias.* Canone vero si quis per capillum 22. q. 1. sic habetur: *Siquis per capillum Dei, vel caput jura verit, vel alio modo blasphemiam contra Deum usus fuerit, si in Ecclesiastico ordine est, deponatur; si laicus, anathematizetur.* Et si quis per creaturam jura verit, accrimini cœligetur, & iuxta id quod Synodus dijudicaverit, pœnitentia.

Et Concilium Lateran. V. sub Leone X. sess. 9. in foro conscientie, nemo blasphemie reus absque gravissima pœnitentia, severi Confessoris arbitrio injuncta, potest abolvi. Numquid talis est recitatio quinque decadum?

Denique cap. statuum de maledicis, de mortali blasphemia primi ordinis sic statuitur: *Siquis Deum, vel B. Mariam Virginem, vel aliquem Sanctum publicè blasphemaverit, pro foribus Ecclesie, diebus Dominici septem, in maneflo, dum Missarum solemnia agnuntur, scit; ultimoque ea illis die, sine palio, & calcamenti, ligatus corrigia circa collum, septemque feris sextis in pane & aqua jejunet, Ecclesiam nullo modo ingrediens.* Quolibet quoque prædictorum dierum tres, si potest, alioquin duos reficiat pauperes, five unum. *Et si nec ad hoc ejus suscipiant facultates, id in penam aliarn commutetur.* Præterea, ut ibidem dicitur, multandus est pena solidorum 40. si dives fuerit. Alioquin 30. vel 20. *Et si ad id non sufficiat, solidorum, nullam in bonis misericordiam habibit.*

2581 De perjurio in extracto S. Caroli: *Quicumque sciens peccaverit, 40. dies in pane & aqua, & septem sequentes annos pœnitentia, & nunquam fit sine pœnitentia, & nunquam in testimonium recipiatur.* Siquis autem coactus, necessitate aliqua compulsius perjurium commiserit, 40. diebus pane & aqua viciet, ac præterea omnibus sexis feruis. Siquis seductus, ignorans, & postea cognovit, pœnitentiam agat annum unum, quadragesimas tres, vel dies quadragesima.

2582 Clericus, si notabile furtum fecerit, septem annos pœnitentia, laicus quinque. Cap. *Siquis Clericus 17. q. 4.*

*Siquis faciat devræxerit, saltamque in eo dixerit, pœnitentia erit dies septem in pane & aqua. In ex. tract. S. Caroli.*

De ebrietate & crapula ibidem: *Sacerdos imprudenter ebrius factus, pane & aqua pœnitentiam agat dies septem.* Si negligenter, dies quindecim. Si per contemptum, dies quadragesima.

*Monachus ebrius, pane & aqua mensibus tribus.* Si Clericus, viginti dies.

*Qui humanitatis gratia alium inebriare cogit, pœnitentiam agat dies septem.* Si per contemptum, dies triginta.

Qui pœnitentiam agat dies septem, si Presbyter, aut Diaconus, pœnitentiam agat dies quadragesima. Si Monachus, aut Clericus, dies trigesima. Si Laicus, dies quindecim. *Siquis gule causis ante horam legitimam jejunium frigerit, duos dies pœnitentiam agat in pane & aqua.*

*Siquis nimis cibo se ingurgitaverit, & inde dolorum senserit, unum diem pœnitentiam agat in pane & aqua.*

Quid plura? Secundum veteres Ecclesie canones, pro qualibet mortali peccato, si fides Gratianus, Magistro, S. Thomas, S. Bonaventure, S. Raymundo, Scoto, S. Antonino, Vincentio Ferrerio, septennis pœnitentia foret regulariter imponenda. Et ita statuit in Synodo Nemorensi anno 1248. celebrata, efficerit in unaque hebdomada singulis feris 2. 4. & 6. jejunandum in pane & aqua. Quomodo id absque excessivo rigore Ecclesia statuit, si ad justam pœnitentiam, pro peccato mortali ordinario sufficiat quinque decadas recitatio una?

Ecce ergo quam immannis ab Ecclesia mente & praxi dictata praxis & doctrina Arsdekinus. Fatorum quidem Ecclesiam hodie ad tantum rigorem non obligare; sed non idem permittit Confessarius ab eo ex toto discedere: cum velit pœnitentiam imponi secundum gravitatem criminis. Si autem in moralibus parum pro nihilo reputatur, Arsdekiniana illi pœnitentia, canonice illi pœnitentia comparata, habenda est pro mortaliter nulla, & levissima (qualem pro gravibus delictis imponit Ecclesia vetat) moraliter ergo loquendo Arsdekinus ab antiquo illo rigore permittit ex toto recedere, contra Ecclesiam mentem, nec ad maiorem, sed contra maiorem Dei gloriam; ut & dum dicit, tantillam illam suam pœnitentiam credere non debere equaliter seu proportionaliter ad crescendum numerum peccatorum mortalium. Cum & supra relati canones & Sancti unanimiter docent contrarium, & S. Carolus Borromaeus in Intructu pœnitentiis Sacerdotis moneat, ut in peccati gravitate dijudicanda, perpendant quoties communis sit. Nam si quis in eodem peccati genere sapienter offendit, dignus est qui graviori pena afficiatur. Recita etiam ratio dictat, pœnitentiam hanc esse proportionatam gravitatibus, multitudinique peccatorum, nisi incrementum multitudinis, gravitasque proportionatum sit incrementum pœnitentia laboris.

## C A P U T C C V I I I .

*Imposta pœnitentia, secundum Theologum Sanctorum, peccatis ex adverso debet respondere.*

Sic namque Chrysostomus docet homil. 10. in Matthi: "pœnitentiam dico, non solùm à prioribus malis recedere, verum & quod magis est, bona præstare. Facite, inquit Joannes, fructus" dignos pœnitentia. Et quomodo id faciemus? "si peccatis adverba faciamus. Verbi gratia, aliena rapuimus, incipe donare jam propria. Longo tempore torncatus es? præscripto tempore ab uxore abstine, meditare continentiam. Proxi- mum vel verbo vel facto violasti? refer beneficiis verba conviciis, & persecutientes te, nunc?"